

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 49. De 4. consolatione & visione quam vidit super commemoratis filiis
suis spiritualibus, vt illi mortui huic mundo, & viui soli Deo prædicarent
aliis mortificationem & vitam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

super filii spiritualibus. 193

quoddam infinitum lumen videbatur intra suum pectus absorbere, non tamen est mihi visum, quod viderem brachia carnea, sed quoddam admirandum lumen in quo absorbebat eos, intra suum pectus includens cum maximo super ipsos euiscerato amore.

Quadragesimum nonum capitulum. De quarta consolatione & visione quā vidit super commemoratis filius suis spiritualibus ut illi mortui huic mundo & viui soli Deo prædicarent aliis mortificationem & vitam.

ITEM alia die cum dicebatur Missa, inter alia multa quæ vidi, apparuit mihi beatus Franciscus totus gloriosus salutationem consuetam offerens, quæ est ista, pax saltissimi tecum sit, Salutat autem semper voce piissima, humillima, grata, & affectuosa. Tunc in quibus-

dam filiis ardentibus zelo obser-
uandæ paupertatis regulæ lau-
dauit multum propositum, Sed
rogauit quod cresceret per o-
pus. Et dixit, benedictio æterna
completa, & abundans, quam e-
go habui ab æterno Deo, veniat
super caput horum dilectissimo-
rum filiorum tuorum & meo-
rum, dicas eis, quod viuent scili-
cet sequendo viam Christi, per
opera manifestando, & per ver-
ba, & non timeant, quia ego
cum eis sum, & æternus Deus ad-
iutor est eorum, & cum tanto af-
fectu laudabat illos filios de bo-
no proposito, & confortabat
eos, quod secure procederent,
& quod ipsum in sua intentione
adiuwarent, & sic amoroſè bene-
dicebat eosdem, quod totus vi-
debatur euiscerari in amore su-
per ipfos.

Multa alia vidi circa me, & circa
filios, quæ non possum exprime-
re. Sed hoc dico, quod vidi, quod
perspexi. Vidi enim certissimè,

quod ipse benedictus Deus vi-
scerosè effunditur super nos, &
ipsius mater dulcissima, & vo-
lunt portare onus nostræ pœni-
tentiaz: tantum petunt, vt vos fi-
lij sitis exempla luminosa vitæ
suæ luminosæ, dolorosæ, pauper-
rimæ, & despectæ, & volunt, &
considerat vos videre mortuos
& viuos, & quod habitatio vestra
esset in cœlo, & solus usus cor-
poris esset in mundo. Ut sicut mor-
tuus non alteratur, nec de ho-
nore, nec de decore, ita vos om-
nino essetis immutabiles ad esse
extrinsecum mundi, & prædica-
retis aliis mortificationem vitæ
vestræ magis, quam contentioso
sermone. Et semper intentio ve-
stra in omnibus vestris actibus
esset in cœlo, in isto benedicto
Deo homine crucifixo. Ita quod
operando, loquendo, comedend-
do exteriùs, semper interiùs in-
trinsecati essetis illi benedicto
Deo, qui vult vos intra se metipsū
continuè circuferre, & in omni-

196 *De instruct. & Consol. Dei*
bus actibus vestris semper sibi as-
sistere. Quod ipse dignetur invo-
bis implere, qui hæc misericordi-
ter à vobis dignatur requirere per
merita sue sacerdotalium matris, Ame-

*Quinquagesimum capitulum. De instru-
ctionibus & consolationibus quas ha-
buit à Deo in suis tribulationibus.
Et de thesauro & valore laborū &
tribulationum. Et qualiter quisque
per eas fit Deo propinquior.*

QUADRAGINTA M VICE quærebam
*Qui sunt
filii Dei.* à Deo, quod datet mihi de-
se aliquid. Et feci mihi signū cru-
cis, & etiam rogabam eum, ut o-
stenderet mihi qui sunt filii sui.
Et inter alia dictum est mihi istud
exemplum. Ponatur quod unusqui
haberet multos amicos, & inui-
taret eos ad conuiuum cum ma-
gna diligentia præparatū, si multi
remanerent de inuitatis, qui nol-
lent venire, nunquid doleret de
non venientibus, eo quod abu-
danter parasset conuiuum & cū